Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

DEUS QUI beatum Hermen martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti. eiusque nobis intercessione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla ei adversa formidare. P. Sec. Sacrificium tibi domine laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctorum. da quesumus. ut quod illis ad laudem. nobis prosit ad salutem. P. Co. Repleti domine benedictione celesti. quesumus clementiam tuam. ut intercedente beato Hermete martyre tuo. que humiliter gerimus. salubriter sentiamus. Per Pelagium et Ilesbium. Per Pelagio. Inde Sanctorum. P.

SUMPTIS baptiste et martyris collatione s. Johannis b. tua domine quesumus veneranda festivitas. salutaris auxilium nobis prestet augmentum. P. Sec. Munera tibi domine pro sancti martyris tui Johannis baptiste passione deferimus. qua dum finitur martyris factus es celesti sede perpetuus. quesumus. ut eorum obtentu nobis proficiant ad salutem. P. Co. Conferat nobis domine sancti Johannis utrumque sollempnitas. ut magnifica sacramenta que sumpsimus. et significata venerentur. et in nobis potius edita gaudeamus. P. Sabine ep. b.

DEUS QUI inter cetera potentie tue miracula. etiam in senectute fragili victoriam martyrii contulisti. concede propitius. ut eius natalicia colimus. per ad tue exempla gradiamur. P.

Hostias tibi domine beate Sabine martyris tue dicatas. Sec. munus benignus assume. et ad perpetuum nobis tribue pueri subsidium. P. Co. Omnium muneris largitate sacrati. quesumus domine deus noster. ut intercedente beata Sabina martyre tua. meruisse semper participatione tuam. P.